

205

COLLEGIALIS DOLOR,

quem

SUPER OBITU PLACIDISSIMO

PUDICISSIMÆ, ET QVONDAM VIRTUTIBUS  
CHRISTIANIS CONSPICUÆ

**DN. BARBARÆ**

**RINGELTAUBIÆ,**

VIRI

PL. REVERENDI, CLARISSIMI

atquè DOCTISSIMI

**DN. MICHAELIS**

**RINGELTAUBII,**

Ecclesiastæ de Ecclesia Christi, quæ Neopoli  
colligitur, optime meriti,

CONJUGIS DILECTISSIMÆ,

Anno 1703. die 11. Junii inter pientissimas Adstantium  
preces beate defunctæ,

Die 14. Ejusd. Mensis non sine acerbo luctu  
solemniter humatæ,

*Officiose & amice testatur*

**MINISTERIUM THORUNIENSE.**

THORUNII,

EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII

UO



**D**um, *Pie Vir, nostri non infima Portio  
templi,*

Delicias oculi tollit IOVA tui; Ezech. 24  
v. 16.

Noli flere, ullus nec pungat pectora luctus,

Chaldæo Vati quæ data iussa DEO. v. 17.

Mortali hâc nam qui vitâ decedit, ut **ILLA,**

In **CHRISTO** fixam spemq; fidemq; locans,  
Ille, etsi fato rapienti labitur, etsi

Luce cadit, **DOMINI** haud **Mente Manuque**  
cadit.

P. HOFMANNUS D.

**P**ublica num liceat privata aut dicere fata,  
Attonitus dubitat spiritus usque meus.

Publica cum mala sint privatis juncta sepulchris,

Quæ cumulant tectum, *Vir Reverende,* tuum.

Utraque divinâ sanet Clementia, dextrâ,

Atque Tuo Senio gaudia larga ferat.

HENRICUS DZICOVIUS,

Eccl. ad D. Mar.

O Uti-



**O** Utinam nostris redeat Pax optima terris!  
Hoc Urbis nostræ consona vota petunt.  
Ast ubi spe mentes nostræ lactantur inani,  
Optatæ Pacis spes manet una Polus!  
Hic fruitur dulci quoque, *Vir Reverende,* quiete  
*Barbara* fida tuæ Gemma Decusque Domus.  
O felix letho quæ mutat læta, triumphans  
Sola est in coelo Pax & amoena Qvies.

Hac effundebat plenâ cupit Deus Minervâ

GODOFREDUS WEISSIUS,

ad D. Mar. Ecclesiast.

**M**ann dieser unsrer Stadt schon überm Kopffe  
schweben

Die längst gedräuete gerechte Straff-Vericht /  
Und fährt doch sicher fort in ihrem Sünden-Leben  
Mit Unerkennlichkeit / begehrt auch nimmer nicht  
Dem Unglück zu entgehn / biß solches ausgeschlagen;  
So raffet Gott hinweg die Seinen / die Er Iesa. c. 57.  
v. 13. 2.

liebt /

Plus diesem Thränen = Thal / und läßt sie dahin  
tragen /

Wo sie kein Noth / kein Tod / kein Schmerken  
mehr betrübt!

Mit diesem Schriftmäßigen Nachsatz wolte  
der über seiner Ehe-Liebsten Tod betrübten  
Herrn Wittwer wolmeynend aufrichten

MARTINUS Gloff /

Eccl. Pol. ad D. Mar.

Vita

**V**Ita quid est? Iter est, ad Fata, diemque su-  
preum:

Ergo lucrum Vitæ, totaque summa, *Mori*.  
Quid Mors est? Iter est ad veræ limina Vitæ,  
Funeris ergo lucrum, summaq; meta, *Salus*.

Quid refert, ventis placidis, an turbine sævo  
Attingat portum, dummodo salva, Rates?

Quid refert, lentâne Febri, subitove Periclo  
E vivis abeas, dummodo salvus eas!

Ergo mihi salve, salve Mors, janua Vitæ:

Tu veró Mortis Janua, Vita, vale!

Ne doleas igitur caram, COLLEGA, Maritam,  
Atria nam Vitæ, non Necis, illa terit.

*Pro levamine doloris super Obitu lugubri B. Conjugii sua,  
maestissimo Dn. Viduo, Venerando in Christo PATRI,  
simulque Collega Honoratissimo, pefuit*

SAMUEL Schönwaldt/  
Ecclesiast. Neopolitanus.

**T**Urbida bellorum facies atq; exitus anceps  
Dum muros agitant, nostraque tecta  
timent;

Tu convasatis, Conjux dignissima, rebus  
Hinc abitum in coeli templa quieta paras.  
Est bello pax tuta prior bellique timore,  
Pacem ergo æternam vive, soloque Vale.

*Deb. condol. testand.*

f.

CHRISTOPHORUS RAZKI,  
Eccles. Polon.

